



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput IX. Quomodo ejectus est Paulus, ejusque loco Macedonius in sedem
Constantinopolitanam inductus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

elegantia, & oratorio more composita, plenam tamen cavillationis, nec expertem gravissimarum minarum. Nam in literis suis fatebantur, Romanorum quidem Ecclesiam apud omnes magnificam esse, quippe quæ jam inde ab initio domicilium Apostolorum, & pietatis origo ac metropolis extiterit; licet fidei doctores ad eam ex Orientis partibus advenissent. Non tamen æquum censebant, idcirco se inferiore loco haberi, quod magnitudine Ecclesiæ & multitudine superarentur: quippe qui virtute & animi proposito superiores essent. Deinde criminis loco obijcientes Julio quòd cum Athanasio communicasset, indignabantur perinde ac si ipsorum Synodus contumelia affecta esset & iudicium abrogatum. Idque facinus, ut injustum & ab Ecclesiasticis legibus alienum, reprehendebant. His de rebus ita conquesti, gravique injuria se affectos esse testati, pacem quidem & communicationem Julio polliciti sunt, si depositionem eorum qui ab ipsis fuerant expulsi, & ordinationem illorum qui in priorum locum substituti fuerant, admittere voluisset. Si vero decretis ipsorum resistere, contraria denuntiabant. Nam & Episcopus Orientis qui ipso ætate antecessisset, neutiquam contradixisse affirmabant, tunc cum Novatianus Ecclesia Romana eiectus est. De iis autem quæ gesserant contra decreta Synodi Nicænæ, nihil ei rescripserunt: multas quidem se habere causas significantes, easque necessarias, quibus factum suum defenderent: impræsentiarum vero superfluum arbitrantes, earum rerum defensionem instituere, cum generaliter in omnibus injuste se gessisse arguerentur.

κακαλλεπηρμένην πάλαι, καὶ δικανικῆς συλλε-
 ταγμένην ἐπιστολῶν, εἰρωνείας τε πολλῆς
 ἀναπλεων, καὶ ἀπλήρης ὅσα ἀμοιβῶσαν δὴ
 τῆς Φέρεν μὴν γὰρ πᾶσι φιλοδιμιαντο
 μαίων ἐκκλησιῶν ἐν τοῖς γεγραμμένοις
 λόγον, ὡς ἀποστόλων φρονησῆσαν, καὶ ἁγιο-
 βείας μητρόπολιν ἐξ ἀρχῆς γεγραμμένην
 καὶ ἐκ τῶ ἐὼ ἐνεδήμησαν αὐτῆς οἱ τὸ δόγμα-
 τῶ εἰσηγήαι ἔ παρὰ τὸ ὅ τῶ δὲ ἐπι-
 Φέρεν ἤξεν, ὅτι μὴ μεγέθη ἡ πλήρης ἐκκλη-
 σίας πλεονεκτῶσαν, ὡς ἀρετῆ καὶ πρεσβυ-
 τικῶν ἐς εὐκλήματα δὲ προσφροσίνης
 λῶ τὸ κοινῶσαι τοῖς ἀμφὶ τὸν ἀθανάσιον
 ἐχαλέπατον ὡς ὑβριστῶν αὐτῶν τῆς συν-
 δε, καὶ τῆς ἀποφάσεως ἀναρεθείσης καὶ
 τὸ γρόμῳ, ὡς ἀδικον καὶ ἐκκλησιαστικῶν
 θεσμῶ ἀπάδον διέβαλλον ἐπὶ τῶν
 ὠδίως μεμψάμενοι, καὶ δὴνὰ πεποιθῶ
 μαρτυροῦμενοι, δεχομένην μὴ ἰσχύει
 καθάρισιν τῶν πρὸς αὐτῶν ἐκκλησιαστικῶν
 τῶν καθάρισιν τῶν ἀντ' αὐτῶν χρεοκτο-
 των, εἰρήνην καὶ κοινῶν ἀπηγγέλλοισιν
 φισαμένῳ δὲ τοῖς δεδομένοις, τῶν αὐτῶν
 προηγόρευσαν ἐπεὶ καὶ τὸς πρὸς αὐτῶν αὐ-
 τῶν ἐὼ ἱερέας ἐδὲν ἀληθεῖν ἰσχυροῦσιν
 καὶ ναυαγιστῶν τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας ἰσχύ-
 εῖν τῶν πρὸς αὐτῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ
 ξαίλα τοῖς ἐν νικαίᾳ συνελθῶσιν, ἐδὲν αὐτῶν
 ἀνίεγαυαν, πολλὰς μὲν αἰτίας ἐχρῆσιν
 εἰρησιν ἀναγκαίαν τῶν γεγραμμένων δι-
 σάντες ἀπολογεῖσθαι δὲ νῦν ὑπὲρ τῶν πε-
 ριτῶν εἰπόντες, ὡς ἀπαξ ὁμῶς ἐπὶ πᾶσιν ἀδ-
 κείν ὑπονοηθέντες.

CAPUT IX.

Κεφ. θ.

Quomodo eiectus est Paulus, ejusque loco Mace-
 donius in sedem Constantinopolitanam
 inductus.

Ὅπως ἐξελάθη παύλῳ καὶ ἀθανάσιῳ, καὶ ἀντιόχῳ
 μακεδόνιος εἰς τὴν κωνσταντινῶν.

ET Julio quidem scripserunt ad hunc
 modum: Apud Imperatorem au-
 tem Constantium rursus calumniati sunt
 Ep. copos illos quos deposuerant. Hic
 igitur tum temporis Antiochiæ degens,
 scribit Philippo Præfecto Prætorio, qui
 tunc Constantinopoli morabatur, ut
 Paulum quidem urbe expelleret, Mace-

Ἰουλίῳ μὲν ἐν τοιαύτῳ ἐγγράφῳ
 δὲ βασιλεῖα κωνσταντῶν διέβαλον αὐτῶν
 τὸς πρὸς αὐτῶν καθηρημένους ὁ δὲ
 ἀντιόχεια τότε διατείνων, γράφει
 λίπῳ τῶ ὑπάρχῳ ἐν κωνσταντινῶν
 λειόντι, πάλιν μακεδονίῳ τῶν ἐκκλησιαστικῶν

ἀποδέναι παύλον δὲ ἐξελάσαι τῆς πόλεως·
 δέσας ἣ τὴν τῆς πλήθους κήσῳ ὄυπαρχῶ,
 πρὶν ἔκπυσον γῆρας τῶ βασιλέως παρῆσα-
 ξιν, παρῆσαξιν εἰς δημοσίον λειρὸν ὠνόμα
 ζῶξιν πῶ, ἀφῆσαν ἣ τῆς μέγισον, ὡς
 ἀδικονῶν πραγμάτων κοινωσομένη, με-
 τεκαίσατο παύλον παρῆσαξιν ἣ δὲ θύς,
 τῆ βασιλέως ἐπέδξε τὸ γράμμα· λάθρα
 τῆ δὲ τῆ βασιλείων τῶ λειρῶ παρῆσαξιν,
 ἐπὶ θάλασσαν αὐτὸν ἀχθῆναι παρῆσαξιν,
 εἰς πλοῖον ἐπεβίβασε, καὶ εἰς Θεσσαλονίκην
 ἐπέμψεν, ὅθεν καὶ τὰς παρῆσαξιν ἔχῃν ἐλέγχο-
 πηλῆσιν τῆ τῶ καὶ τῶ εἰς ἀρχομένην Φύ-
 γῃ κατέδικασεν αὐτὸν ἰλλυρῶν ἣ τῆς ἐπέ-
 κληθῆς ἐπιβάνῃν σὺν ἐκάλυσαν ἐξελθῶν ἣ
 οὐκ ἐκ διασκέδης, σιωχόμενον ἀπὸ μακε-
 δονίων ἔχων, ἐπὶ τῶ ἐκκλησίαν ἦεν τὸ δὲ πλῆ-
 θῶ· ἦδη γὰρ τῆτων γῆρομένων, ἀφῆσαι συν-
 ἐλέγησαν· διὸ τῆ ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν
 ἕκαστοι γὰρ αὐτῶ, οἱ τε ἀπὸ τῆς ἀρεῆς αἰρέσεως,
 οἱ τε παύλον ἐπαυθῆς, παρῆσαξιν ἀλαβῆν
 ἐπέδασαν· ἐπεὶ ἣ παρῆς ταῖς θύρῃς τῆ ἐκ-
 κλησίας ἐγγεῖτο ὄυπαρχῶ, σὺν αὐτῶ δὲ καὶ
 μακεδόνῶ, τὸ ἣ πλῆθῶ ὅπως αὐτοῖς πάρο-
 δῶ γῆσαι παρῆς τῶν στρατιῶν ὠθέμενον,
 ἕσχωρεῖν σὺν ἡδὲ ἀνάτο, τῆ παρῆς σαγαμέ-
 να, ὑπολαβόντες οἱ στρατιῶται ἐκὸντὶ μὴ εἶκον
 τὸ ὄχλον, πολλὰς τοῖς ξίφεσι διεχρήσαντο·
 πολλοὶ δὲ καὶ ὑπὸ ἀλλήλων παλόμενοι διεφθά-
 ρισαν τὸ ἣ βασιλεῖ δόξαν ἔτιος ἐγγεῖτο, καὶ τὰς
 ἐκκλησίας παρέλαβε μακεδόνῶ· ὁ μὲν
 οὐκ παύλῶ ἀδοκίμως ὠδε τῆς ἐν κωνσταντι-
 νουπὸς ἐκκλησίας ἀφῆρεθῆ· ἀθανάσιῶ ἣ
 Φάργων, ἀφῆσαν τῶ, δέσας τῶ κωνσταντι-
 νου βασιλέως ἀπῆλθῶ θανάτῳ γὰρ αὐτὸν ζῆ-
 μοῖς ἠπέλησεν, αἰτιωμένων τῶν ἑτεροδόξων
 εἰς τὰς ἐργασίας, ἣ εἰσιόντῶ αὐτῆ πολλοὶ
 τῆ τῆ κασι τὸ ἣ μάλιστα παρῆς ὀργῶ τὸν
 βασιλεῖα κινήσαν ἦν, ὅτι καὶ σιληρέσιον ἔλεγον
 αὐτὸν πωλῆναι ἀποκερδαίνῃν, ὁ δὲ βασιλεὺς
 κωνσταντῶ τοῖς ἐν ἀλεξάνδρεια πτωχοῖς
 ἐδωρήσατο.

A donio vero Ecclesiam restitueret. Prae-
 fectus vero qui plebis tumultum me-
 tuebat, antequam praecipuum Impera-
 toris evulgaretur, ad publicum balneum
 amplum admodum atque illustre, quod
 Zeuxippus dicitur, progressus; Paulum
 ad se accivit, quasi de negotiis publicis
 cum eo acturus. Cumque ille statim
 advenisset, Philippus Imperatoris lite-
 ras ei ostendit. Simulque clam per pa-
 latium quod vicinum est balneo, eum
 ad mare deduci praecipit: & navigio im-
 positum Thesalonicam misit, ex qua ur-
 be majores ejus orti esse dicebantur. Et
 Orientis quidem partibus prorsus ei in-
 terdixit: in Illyricum vero & ulteriores
 Provincias pedem inferre, nequaquam
 prohibuit. Egressus deinde ex Prato-
 rio, ad Ecclesiam perrexit, secum in
 curru sedentem habens Macedonium.
 At populus, his enim rebus gestis in-
 numerabiles in unum convenerant, Ec-
 clesiam statim complevit. Quippe sin-
 guli tam ex Arianis, quam ex Pauli fau-
 toribus, eam occupare summo studio
 contendebant. Postquam Praefectus una
 cum Macedonio ad fores accessit Ec-
 clesiae, cum plebs a militibus ut tranfitus
 ipis praerberetur impulla, retrocedere
 non possent, utpote refertis ulterioribus
 Clocis: milites arbitrati plebem de indu-
 stria resistere, plurimos gladiis obrun-
 carunt. Multi etiam a se vicissim obru-
 triti interierunt. Hac ratione perfectum
 est id quod jussit Imperator, & Mace-
 donius Ecclesias obtinuit. Ac Paulus
 quidem praeter expectationem Con-
 stantinopolitana Ecclesia spoliatus est
 in hunc modum. Athanasius vero fu-
 ga elapsus, sese occultabat, minas Con-
 stantini reformidans. Etenim Impera-
 tor mortem ei minatus fuerat, motus
 calumniis Arianorum, qui seditiones ab
 illo excitari dicebant, eoque in urbem
 D ingrediente multos peremptos fuisse.
 Illud vero praecipue Imperatori bilem
 movit, quod annonam quam Impera-
 tor Constantinus pauperibus urbis Ale-
 xandriae donaverat, illum vendidisse
 dicebant & in suum vertisse compen-
 dium.

